

der Mitglieder des Prediger-Ordens.

51

Authentik darüber ausgestellt, welche 1507 wieder aufgefunden wurde. Diese Urkunde des Thomas von Aquin ist 1507 abhanden gekommen*.

[Gaman's Autograph fol. 32^a.]

Thomas Cantipratanus, vir religiosissimus, ex inclyto divi Dominici, seu fratrum Praedicatorum ordine, in episcopum suffraganeum Cameracensis archipraesulis adsumptus, libro 2 miraculorum et exemplorum memorabilium sui temporis de sanguine Christiano, a Judaeis fuso, quaedam narrat, interque alia etiam istud capitulo ejus libri undetricesimo: „Nunc quia de Judaeis mentio facta est, miraculum referam celeberrimum, quod anno praesenti** ab incarnatione Christi¹ Domini MCCLX. factum est in villa Teutoniae Pfortzheim nomine. Contigit autem, ut quaedam malignissima vetula, Judaeis familiaris effecta, puellam eis annorum septem orbatam parentibus venderet occidendam. Hanc igitur in secreto super plura paria linteaminum, obstructo ore ejus, in omnibus fere iuncturis membrorum incisionibus vulnerarunt, maximo conamine sanguinem exprimentes et in ipsis linteaminibus diligentissime receptantes. Hanc autem post tormenta defunctam Judaei in aquam fluidam prope oppidum proiecerunt, et super eam lapidum congeriem posuerunt. Tertia vero vel quarta die, per manum erectam ad coelum a piscatoribus est inventa, et in oppidum² deportata, horrentibus et clamantibus populis: a Judaeis impiis tantum flagitium esse perpetratum. Erat autem in vicino [Rudolfus I.] marchio de Baden, qui mox audito tanto piaculo pervenit ad corpus, statimque ipsum corpus erectum residens tetendit manus ad principem, quasi vindictam sanguinis, vel forte misericordiam imploraret. Post horam vero dimidiam iterum se depositus defuncti more supinum. Adductis igitur ad hoc spectaculum impiis Judaeis, statim eruperunt omnia vulnera corporis, et in testimonium horrendae necis copiosum sanguinem effuderunt. Mox clamor vulgi ad sidera tollitur, et in vindictam sceleris

¹ im Orig. von zweiter Hb. ausgestrichen. ² oppidum, Gaman's Autogr.

* Die Erzählung der Geschichte des Kindes Margaretha in Pfortzheim ist in Thomas Brabantinus Buch de apibus mysticis, und in Heinrich Mai vita Reuchlini p. 109—112 gedruckt. Am letzteren Orte aus Gaman's Hf. marchionum Badensium progenitores, das Autograph derselben befindet sich auf der hiesigen Hofbibliothek Nr. 27^a, eine Abschrift auf dem hiesigen Archive Nr. 393. Der Abdruck hier ist nach Gaman's Autograph gemacht. S. Band 1 S. (20).

** Thomas von Cantimpré schrieb also 1260 sein Werk de apibus. Er war 1232 in den Orden getreten.

totaliter animatur. Ex quibusdam indicis capta vetula et convicta, maxime cum filia eius parvula omnia prodiderit (quia a puero et ebrio extorquetur veritas). Judaei quoque capti sunt, qui in puellam manus nepharias extenderunt, rotatique et suspensi sunt cum vetula, duo vero se mutuo iugularunt. Haec nobis duo fratres ordinis Praedicatorum, Reynerus et Aegydius, sicut illi, qui in villa fuerunt, post triduum*, quo haec gesta sunt, veraciter retulerunt. Huc usque Cantipratanus. Nomen puellae huic fuit Margaretha, cui tanquam martyri pro Christo interemptae ut debitus honos haberetur, tumbae lapideae in aede, d. Michaeli archangelo sacra, (quae primaria Pfortzemii est, et olim canonicorum collegio decorata) aliquot pedum altitudine a pavimento elevatae¹, corpusculum impositum et locus ita adaptatus fuit, ut cereos accensos defigere, aut lampades appendere devota plebs commode posset, velut in aliis martyrum sepulcris fieri mos erat. Saxo, quo locus tegitur², haec insculpta olim legebantur et magna ex parte adhuc commode leguntur: „Margaretha, a Judaeis occisa, obiit feliciter anno domini M^oCC^oLX. + VII. kl. Julii fer. VI.“ De ea haec quoque annotarunt sanctimoniales ordinis Praedicatorum coenobii Pfortzheimensis in suo hagiologio, ad diem 25. Junii: „auch ist heit gefallen das selige Jungfräwlin Margriha, die von den hüßigen Juden gemartert war, in ihrem siebendten Jahr, und ligt in demselben Stifft sanct Michael begraben, die Gott begabt hat mit grossen miraculen. Anno 1507 ward ihr seeliges Grab uffgeban, in Wehsein des hochwürdigen Herrn und Vatters Bernhardinus, ein Cardinal zu dem h. Creitz zu Rom und Bischoff zu st. Nicolaus, Patriarch zu Jerusalem, päpstlicher Legat der Teitschen Nation, und fand das seelige Weiblein noch unverweset mit hüßigem gelben Haar, auch fand er bey ihm ein Gezeitgnusbrief, den ihm geben hett ein Doctor Prediger Ordens, genant Doctor Thomas. Sobald der Rufft darzu gangen ward, da zerfiel das seelige Weiblein in Äschen (daher seind wir alle kommen). Und ist ihr Tag der nächst Tag nach s. Johannis des Täuffers.“ De cardinali Ostiensi, Legato a latere videtur hic fieri mentio. Erratur in eo, quod corpusculum accedente aëre in favillam redactum dicatur, nam in hanc horam ferme totum adhuc sibi cohaeret, arefactum tantummodo instar piscis aëre frigido aut fumo siccati, quin et digiti plerique suos unguiculos retinent, caput lamen seinctum est, et nudum habet cranium. Tali modo cernere licet Badanae, quo

¹ elevata, Autogr. ² von erster Hand im Autogr.: tegebatur.

* Am 28. Juni 1260.